

Lectio XVII. Ablativus absolutus

ang. **Father permitting**, we will go to the theatre = **Patre permittente** ad theatrum ibimus.

fr. **La tempête menaçant**, il est néanmoins parti à la montagne = **Tempestate imminente** in montes profectus est.

wł. **Essendo entrata Maria**, noi siamo usciti = **Maria intrante** eximus.

Magistro intrante discipuli surgunt. Te veniente gaudeo. Troia capta Graeci in patriam properaverunt. Dux bello finito triumphum egit. Romulo regnante Romani cum Sabinis bellum gerebant. Bello finito mulieres Romae deis gratias agebant. Quae potest esse iucunditas vitae sublatis amicitiiis? His rebus cognitis Caesar ante ortum solis in castra venit. Graeci advenientibus Persis Thermopylas ceperunt. Xerxes Thermopylis expugnatis protinus ad urbem accessit eamque nullis defendentibus interfectis sacerdotibus incendio delevit.

1. Actis laboribus quies iucunda est.
2. Perditis rebus omnibus tamen ipsa virtus se sustentare potest.
3. Duobus litigantibus tertius gaudet.
4. Quid rides? Mutato nomine de te fabula narratur. (Horatius)
5. Reluctante natura irritus labor est.
6. Te absente maxime mihi desunt consilia tua. (Cicero)
7. Nemo nisi iuvante deo singularis vir fuit
8. Lacrimae cadunt nolentibus nobis (Seneca)
9. Maximas virtutes iacere necesse est voluptate dominante. (Cicero)
10. Crescente periculo crescunt vires.
11. Nihil potest venire nisi causa antecedente. (Cicero)
12. Etiam sanato vulnere cicatrix manet.
13. Ne Ciceronis quidem temporibus intellegebantur ea, quae regnante Romulo scripta erant.
14. Caritate benevolentia sublata omnis est e vita sublata iucunditas. (Cicero)
15. Nostri eruptione facta multis eorum interfectis, capto etiam nobili duce, suos incolumes reduxerunt. (Caesar)
16. Sereno quoque caelo aliquando tonat.
17. Natura duce errari nullo pacto potest.
18. Bellum Gallicum Caesare imperatore gestum est.
19. Me duce carpe viam! (Ovidius)
20. Natus est Augustus Cicerone et Antonio consulibus.
21. Corpore sano et robusto sed animo aegro et malo vera felicitas non habet locum.
22. Romani Hannibale vivo numquam se sine insidiis fore existimabant.

23. Omnium hostium copiis fuis armisque exutis Romani se in castra recipiunt
24. Scipio duabus urbibus eversis non modo praesentia, verum etiam futura bella delevit.
25. Galli clamore sublato fundis, sagittis, lapibus Romanos de vallo deturbabant.
26. Oppidani hostibus intra moenia conspectis arma proicerunt.
27. Medici causa morbi inventa curationem inventam esse putant.
28. Galba secundis aliquot proeliis factis castellisque compluribus eorum expugnatis, missis ad eum undique legatis obsidibusque datis et pace facta constituit cohortes duas in Nantuatibus conlocare et ipse cum reliquis eius legionis cohortibus in vico Veragrorum qui appellatur Octodurus hiemare.
29. Hamilcare morte abrepto et Hasdrubale quoque interfecto Hannibal iuvenis (viginti et quinque annorum) imperator factus omnes gentes Hispaniae Carthaginiensibus subiecit. (Nepos)
30. Sagunto vi expugnato Hannibal tres magnos exercitus sibi comparaverat: unum in Africam misit, alterum in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. (Nepos)
31. Hannibal Alpium iugis superatis cum exercitu suo in Italiam invasit. Romani autem cladibus quibusdam acceptis Quinto Fabio summum imperium dederunt. (Nepos)

Lectio XVII. Coniunctivus praesentis. Coniunctivus imperfecti.

1. Imperator milites admonet, ut fortiter pungent. Milites fortiter pugnant, ut patriam defendant.
2. Orandum est ut sit mens sana in corpore sano. (JUWENALIS)
3. Discipulos moneo, ut praeceptores suos non minus quam ipsa studia ament et parentes esse non quidem corporum sed mentium credant. (KWINTYLIAN)
4. Excitati, erecti, parati, armati esse debemus, ne blanda simulatione fallamur. (CYCERON)
5. Obiurgamus cotidie fatum: 'quare ille in medio cursu raptus est? quare ille non rapitur? quare senectutem et sibi et aliis gravem extendit?' Utrum, obsecro te, aequius iudicas, te naturae an tibi parere naturam? quid autem interest quam cito exeas unde utique exeundum est? Non ut diu vivamus curandum est, sed ut satis; nam ut diu vivas fato opus est, ut satis, animo. Longa est vita si plena est. (SENEKA)
6. Idem et docenti et discenti debet esse propositum, ut ille prodesse velit, hic proficere. (SENEKA)
7. Sic enim dilexit Deus mundum ut Filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam. non enim misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus. (Ev. Ioh. 3.16-17)
8. Cur non mitto meos tibi, Pontiliane, libellos?
Ne mihi tu mittas, Pontiliane, tuos. (MARCJALIS)
9. Te precor, magni soboles tonantis,
Quae domas mentes hominum, Aphrodite,
Ne meum pectus gravibus fatiges
Aurea curis. (IOANNES COCHANOVIVS, *Lyricorum liber*, Ode IX: *Ad Venerem*)
9. Sub vesperum Caesar portas claudi militesque ex oppido exire iussit, ne quam noctu oppidani a militibus iniuriam acciperent. (CEZAR)
10. In occupandis praesidiis magna vi uterque nitebatur: Caesar, ut quam angustissime Pompeium contineret, Pompeius, ut quam plurimos colles occuparet. (CEZAR)
11. Equites in duas partes sese distribuunt, alii ut praesidio sint praedae, alii ut venientibus resistent atque eos propellant. (CEZAR)

(Ć)

1. Wstaw czasownik podany w nawiasie w odpowiedniej formie. Określ zdanie podrzędne.
 - a) Legibus idcirco omnes servimus, ut liberi esse (*possum, posse*)
 - b) Operam dabo, te ut primum (*video, videre*)
 - c) Hirundines nidum mollibus plumis consternunt, ne durus infantibus pullis (*sum, esse*)
 - d) Ad Appi Claudi senectutem accedebat etiam, ut caecus (*sum, esse*)

a. (M)

